



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum res conseruentur a Deo esse, incircunscripta omni Dei actione per
se in esse remaneant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

QVAESTIO V.

De conseruatione rerum in esse a Deo.

Habet decem articulos.

¶ Primo enim queritur, Vtrum res cōseruentur in esse a Deo, an etiam circumscrip̄ta omni Dei actione, per se in esse remaneant.

¶ Secundo, Vtrum Deus possit alicui creaturæ cōicare quod per se in esse cōseruetur ab eodē Deo.

¶ Tertio, Vtrum Deus possit creaturam in nihilum redigere.

¶ Quarto, Vtrum aliqua creatura in nihilum sit redigenda, uel etiam in nihilum redigatur.

¶ Quinto, Vtrum motus celi quandoq; deficiat.

¶ Sexto, Vtrum possit sciri ab homine, quando motus celi finiatur.

¶ Septimo, Vtrum cessante motu celi elementa remaneant.

¶ Octauo, Vtrum cessante motu celi remaneat actio & passio in elementis.

¶ Nono, Vtrum planta, & animalia bruta, & corpora mineralia remaneant post finem mundi.

¶ Decimo, Vtrum corpora humana remaneant, motu celi cessante.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum res conseruentur in esse a Deo.



QVAESTIO est de conseruatione rerum in esse a Deo. Et primo queritur, an et circumscrip̄ta omni Dei actione, per se in esse remaneant. Et uidetur q̄ sic. Dī. n. Deut. 31. Dei perfecta sunt opera.

Ex hoc sic arguitur. Perfectum est cui nihil deest, secundum Phil. 3. Physico. Et autem aliquid deest ad suum esse, quod non potest esse, nisi aliquo exteriori agente. ergo huiusmodi perfectum non est Dei: ergo talia opera non sunt. Sed dicebat, quod opera Dei non sunt perfecta simpliciter, sed secundum suam naturam.

2 SED CONTRA. Perfectum secundum suam naturam est, quod habet id cuius sua natura est capax: sed quicquid habet totum illud cuius sua natura est capax, potest remanere in esse, omni Dei conseruatione exteriori cessante. ergo, si creaturæ aliqua sunt perfectæ secundum suam naturam, possunt remanere in esse, Deo non conseruante. Probatio media. Deus conseruando res, aliquid agit, propter quod dicitur Ioan. e. 2. Pater meus, ut que modo operatur, &c. Ut dicit August. 10. super Gen. ad literam. Agente autem aliquid operante, effectus aliquid recipit: ergo quandoq; Deus conseruat res, semper res cōseruare aliquid a Deo recipiunt: quandoq; ergo res conseruatione indiget, nondum totum habet cuius est capax.

¶ 3 Præ. Vnumquodq; non est perfectū, nisi perficiat hoc ad quod est: sed principia ad hoc sunt, ut rē in esse conseruent. Si ergo principia creata rerū non p̄nt rē in esse tenere, sequitur ea esse imperfecta, & ita non esse Dei opera, quod est absurdum.

¶ 4 Præ. Deus est causa rerum, sicut efficiens: sed cessante actione causæ efficientis, remanet effectus, sicut cessante actione edificatoris remanet domus, & cessante actione ignis generantis, adhuc remanet ignis generatus: ergo & cessante omni Dei actione adhuc possunt creaturæ in esse remanere

A Sed dicebat, quod agentia inferiora sunt causa fieri, & non efficiendi: unde esse effectuum remanet, remota actione causarum fieri. Deus autem est causa rebus non solum fieri, sed efficiendi. Unde esse rerū remanere non p̄t, diuina actione cessante.

5 SED CONTRA. Omnis res generata habet esse per suam formam: si ergo causæ inferiores generantes non sunt causæ efficiendi, non erunt causæ formarum, & ita formæ, quæ sunt in materia nō sunt a formis, quæ sunt in materia, secundum sententiam Philosophi, qui in 7. Metaphy. dicit, q̄ forma quæ est in his carnibus, & ossibus, est a forma, quæ est in his carnibus & ossibus: sed sequitur q̄ formæ in materia sint a formis sine materia, secundum sententiam Platonis: uel a datore formarū, secundum sententiam Auicennæ.

¶ 6 Præ. Ea quorum esse sunt in fieri, non possunt remanere cessante actione agentis, ut patet de motu, & de agone, & similibus. Illa uero quorum esse est in facto esse, possunt remanere etiam agentibus remotis. Unde Aug. dicit 8. super Gen. ad literam. Presente lumine non factus est aer lucidus, sed fit, quia si factus esset, non fieret: sed absente lumine lucidus remaneret. Multæ autem creaturæ sunt quorum esse non est in fieri, sed in facto esse, ut patet de angelis, & de corporibus etiam omnibus, ergo cessante actione Dei agentis, creaturæ possunt remanere in esse.

¶ 7 Præ. Causæ inferiores generantes sunt rebus generatis causæ efficiendi, ut supra probatum est: nō tamen sicut causæ principales, & primæ, sed sicut causæ secundæ. Causa autem prima efficiendi, quæ Deus est, rebus generatis non dat principium efficiendi: nisi medianibus causis secundis prædictis. ergo nec permanentiam in esse, quia eadem res per idem habet esse, & in esse conseruatur. Sed esse generatorum conseruatur ex ipsis principiis essentialibus generatorum, cessantibus causis secundis agentibus. ergo etiam cessante causa prima agente quæ Deus est.

D ¶ 8 Præ. Si res aliqua deficit esse, aut hoc est propter materiam, aut propter hoc quod est ex nihilo. Materia autem non est causa corruptionis, nisi secundum q̄ est subiecta contrarietati: non autem in omnibus creaturis est materia cōtrarietati subiecta. ergo illa in quibus non est materia contrarietati subiecta, sicut sunt corpora celestia, & angeli, non possunt deficere ratione materiæ. Nec iterum ratione eius, quod sunt ex nihilo, quia ex nihilo nihil sequitur, & nihilum nihil agit, & ita non corrumpit. ergo cessante omni actione diuina, huiusmodi res esse non deficerent.

¶ 9 Præ. Forma incipit esse in materia in instanti, quod est ultimum factionis in quo res non est in fieri, sed in facto esse: sed secundum Auicennæ sententiam, formæ rerum generatarū insunduntur in materiam ab intelligentia agente, quæ est datrix formarum. ergo illa intelligentia est causa efficiendi, non tantum fieri, & ita per actionem eius res possunt conseruari in esse, etiam circumscrip̄ta Dei conseruatione.

¶ 10 Præ. Forma etiam substantialis est causa efficiendi. Si ergo causæ efficiendi sunt, quæ conseruant res in esse, ipsa forma rei sufficit ad hoc, quod res in esse conseruetur.

¶ 11 Præ. Res conseruantur in esse per materiam in quantum sustinet formam. Sed materia secundum Phil. est ingenita, & incorruptibilis, & ita nō est causata ab aliqua causa, & sic remanet, omni actione

Lib. 7. com. 28. 10. 3.

Auic. lib. metaph. 1. 8. 3.

Lib. 8. ca. 22. 10. 3.

Lib. 9. meta. 1. 8. 3.

lib. 3. com. 3. 2. 6. 4. 1. 1.

Que

actione cause efficientis remota. ergo adhuc res poterunt conseruari in esse. cessante actione prima causa efficientis, scilicet Dei.

¶ 12 Prat. Eccl. 3. dicitur. Intuere in omnia opera altissimi. duo contra duo, unum contra unum: sed inter opera altissimi inuenitur aliquid, quod indiget Dei conseruatione. ergo etiam inuenitur inter opera Dei eius oppositum, scilicet quod non indiget Dei conseruatione.

¶ 13 Prat. Appetitus naturalis non potest esse cassus, & uanus: sed qualibet res naturaliter conseruationem sui esse appetit. potest ergo res, per seipsam conseruari in esse: alias appetitus naturalis esset uanus.

Enchirij ca. 30. co. 3. in libro 1. magis circa 6. 4. for. h. a principio lib. numerando.

¶ 14 Prat. Aug. dicit in Ench. q. Deus fecit singula bona, simul autem omnia ualde bona: propter quod dicitur Gen. 1. uiderit Deus cuncta, quae fecerat, & erant ualde bona. Ipsa ergo creaturarum uniuersitas est ualde bona, & optima, optimi enim est optima adducere, secundum Platonem: sed melius est quod non indiget aliquo exteriori ad sui conseruationem eo, quod indiget. ergo uniuersitas creaturarum non indiget aliquo exteriori conseruante.

Lib. 3. profa. 2. circa prim.

¶ 15 Prat. Beatitudo est aliquid creatum in natura beatorum: sed beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus, ut Boet. dicit in tertio de consol. quod non esset, nisi in se includeret sui conseruationem, quod est unum de maxime bonis. ergo aliquid creatum est, quod per seipsum potest conseruari in esse.

de ciuitate Dei c. 30. in medio ro. 3.

¶ 16 Prat. Dicit Aug. quod Deus ita administrat res sua prouidentia, quod tamen finit eas agere proprios motus: sed proprius motus naturae ex nihilo existentis est, ut in nihilum tendat. ergo Dominus permittit naturam, quae est ex nihilo in nihilum tendere. Non ergo conseruat res in esse.

¶ 17 Prat. Recipiens, quod est contrarium recepto, non conseruat receptum: sed magis ipsum destruit. Videmus enim, quod quae recipiuntur ab agentibus naturalibus per uolentiam, in suis contrariis remanent ad horam, cessante actione naturalium agentium: sicut calor remanet in aqua calefacta cessante actione ignis ad horam. Effectus autem Dei non conseruantur in aliquo contrario, sed in nihilo, quia ipse est author totius substantiae rei. ergo multo magis remanebunt diuini effectus, uel ad horam, diuina actione cessante.

610. ord. ibi & interlinearis. Lib. 4. ca. 19. circa princ.

¶ 18 Prat. Forma est principium cognoscendi operandi & essendi: sed forma absque exteriori adminiculo potest esse operandi principium & cognoscendi: ergo & essendi, & ita cessante omni Dei actione, res per formam potest conseruari in esse.

SED CONTRA est, quod dicitur Heb. 1. Portans omnia uertitibus suis, ubi dicitur glossa. sicut ab eo creata sunt, ita per eum immutabilia conseruantur.

¶ 2 Prat. Aug. dicit quarto super Gen. ad lit. Creatoris potentia, & omnipotentis uirtus causa subsistendi est omnis creaturae. Quae uirtus ab eis, quae creata sunt regendis, & aliquando cessaret, simul & illorum cessaret species, omnisque natura concideret. Erant ita, Mundus nec in ictu oculi stare poterit, si ei Deus regimen suum subtraxerit.

Lib. 4. Metaphis. c. 18. parum a principio. In propo. 9. tom. 3. inter opera Arist.

¶ 3 Prat. Greg. dicit, quod omnia in nihilum deciderent, nisi ea manus omnipotentis contineret.

¶ 4 Prat. In lib. de causis dicitur. Omnis intelligentia fixio, id est, permanentia & essentia est per bonitatem, quae est causa prima. Multo ergo fortius, alia creature non figuntur in esse, nisi per Deum.

RESPON. Dicendum, quod absque omni dubio

concedendum est, quod res conseruantur in esse a Deo, & quod in momento in nihilum redigerentur, cum a Deo defererentur. Cuius ratio hinc accipi potest. Effectum enim a sua causa dependere oportet. Hoc enim est de ratione effectus, & causae, quod quidem in causis formalibus, & materialibus manifeste apparet. Quocumque enim materiali, uel formali principio substracto, res statim esse desinit, cum huiusmodi principia intrent essentiam rei. Idem autem iudicium oportet esse de causis efficientibus, & formalibus, uel materialibus. Nam efficiens est causa rei secundum quod formam inducit, uel materiam disponit. Unde eadem dependentia rei est ad efficiens, & ad materiam, & ad formam, cum per unum eorum ab altero dependat. De finalibus autem causis oportet etiam idem esse iudicium, quod de causa efficiente. Nam finis non est causa, nisi secundum quod mouet efficiendum ad agendum. Non enim est primum in esse, sed in intentione solum. Unde & ubi non est actio, non est causa finalis, ut patet in tertio Metaph. secundum hoc ergo esse rei factae, dependet a causa efficiente, secundum quod dependet et ab ipsa forma rei factae. Est autem aliquid efficiens, a quo forma rei factae non dependet per se, & secundum rationem formae, sed solum per accidens, sicut forma ignis generati ab igne generante, per se quidem, & secundum rationem suae speciei non dependet, sed in ordine rerum eundem gradum teneat, nec forma ignis aliter fit in igne generato, quam in generante: sed distinguitur ab ea, solum diuisione materiali, prout scilicet est in alia materia. Unde cum igni generato sua forma sit ab aliqua causa, oportet ipsam formam dependere ab altiori principio, quod sit causa ipsius formae per se, & secundum propriam speciei rationem. Cum autem esse formae in materia, per se loquendo, nullum motum uel mutationem implicet, nisi forte per accidens, omne autem corpus non agit nisi motum, ut Philosophus probat, necesse est quod principium, ex quo per se dependet forma, sit aliquod principium in corpore: per actionem enim alicuius principij dependet effectus a causa agente. Et si aliquod principium corporeum est per aliquem modum causa formae, hoc habet in quantum agit uirtute principij incorporei, quasi eius instrumentum. Quod quidem necessarium est ad hoc, quod forma esse incipiat, in quantum forma non incipit esse nisi in materia. non enim materia quocumque modo se habet potest subesse formae, quia proprium actum in propria materia oportet esse. Cui ergo est materia in dispositione, quae non competat forme alicui, non potest a principio incorporeo, a quo forma dependet per se, eam consequi immediate, unde oportet quod sit aliquid transmutans materiam. hoc est aliquid agens corporeum, cuius est agere mouedo. Et hoc quidem agit in uirtute principij incorporei, & eius actio determinatur ad hanc formam, in quo talis forma est in eo actu (sicut in agentibus uniuocis) uel uirtute, sicut in agentibus aequiuocis. Sic igitur huiusmodi inferiora agentia corporalia, non sunt formarum principia in rebus factis, nisi quantum potest se extendere causalitas transmutationis, cum non agant nisi transmutando, ut dictum est. hoc autem est in quantum disponunt materiam, & eductunt formam de potentia materiae. Quantum igitur ad hoc, formae generatorum dependent a generatoribus naturalibus, quod educuntur de potentia materiae, non autem quantum ad esse absolutum. Unde & remota actione generatorum, cessat eductio formarum.

de potentia in actum, quod est fieri generatorum, non autem cessant ipsa forma, sicut in quas generata habent esse. Et inde est, quod esse rerum generatorum manet: sed non fieri, cessante actione generantis. Si quae autem formae sunt non in materia, ut sunt substantiae intellectuales, uel in materia nullo modo indispota ad formam, ut est in corporibus celestibus, in quibus non sunt contrarie dispositiones, harum principium esse non potest, nisi agens incorporeum, quod non agit per motum: nec dependet ab aliquo sicut fieri a quo non dependant, sicut esse. Sicut igitur cessante actione causae efficientis, quae agit per motum, in ipso instanti cessat fieri rerum generatorum, ita cessante actione agentis incorporei, cessat ipsum esse rerum ab eo creatarum.

Hoc autem agens incorporeum, a quo omnia creatur, & corporalia, & incorporalia, Deus est, sicut in alia quae ostensum est, a quo non solum sunt formae rerum, sed etiam materia. Et quantum ad propositum, non differt utrum immediate, uel quodam ordine, ut quidam Philosophi posuerunt. Unde sequitur, quod diuina operatione cessante, oes res eodem momento in nihilum deciderent, sicut aucloritatibus est probatum in argumentis, sed contra.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod creatura Dei sunt perfectae in sua natura, & in suo ordine: sed inter alia, quae ad earum perfectionem requiruntur, hoc etiam est, quod a Deo contineatur in esse.

AD SECVNDVM dicendum, quod Deus non alia operatione producit res in esse, & eas in esse conseruat. Ipsum enim esse rerum permanentium, non est indiuisibile, nisi per accidens, prout aliqui motui subiacet, sicut se autem est in instanti. Unde operatio Dei, quae est per se causa quod res sit, non est alia sicut quod facit principium essendi, & essendi continuationem.

AD TERTIVM dicendum, quod quantum ad principia essentialia rerum sunt, tandiu res conseruatur in esse: sed & ipsa rerum principia esse desinerent diuina actione cessante.

AD QVARTVM dicendum, quod huiusmodi inferiora agentia sunt causa rerum, quantum ad earum fieri, non quantum ad esse rerum per se loquedo. Deus autem per se est causa essendi, & ideo non est simile. Unde Aug. dicit 10. super Gene. ad literam. Non enim sicut structuram cum fabricauerit quis abscedit, atque illo cessante, & abscondente stat opus eius, ita mundus uel in actu oculi stare poterit, si ei Deus regimen suum subtraxerit.

AD QVINTVM dicendum, quod agentia corporalia non agunt nisi transmutando, nihil autem transmutatur, nisi ratione materiae, causalitas agentium corporaliu non potest se extendere, nisi ad ea, quae aliquo modo sunt in materia. Et quia Platonici, & Auic. non ponebant formas de potentia materiae educi: ideo cogebantur dicere, quod agentia naturalia disponebant statum materiam, inductio autem formae erata principio separato. Si autem ponamus formas substantiales educi de potentia materiae, secundum sententiam Arist. agentia naturalia non solum erunt causae dispositionem materiae, sed etiam formarum substantialium, quantum ad hoc duntaxat, quod de potentia educuntur in actum, ut dictum est, & per consequens sunt essendi principia, quantum ad inchoationem ad esse, & non quantum ad ipsum esse absolute.

AD SEXTVM dicendum, quod formarum, quae incipiunt actu esse in materia per actionem corporalis agentis, quaedam producuntur secundum perfectam rationem speciei, & secundum perfectum

esse in materia, sicut & forma generantis, eo quod in materia non remanent contraria principia. Et huiusmodi formae remanent post actionem generantis, usque ad tempus corruptionis. Quaedam uero formae producuntur quidem secundum perfectam rationem speciei, non autem secundum perfectum esse in materia. Sicut calor, qui est in aqua calefacta habet perfectam speciem caloris, non tamen perfectum esse, quod est ex applicatione formae ad materiam, eo quod in materia remanet forma contraria tali qualitati. Et huiusmodi formae possunt ad modum remanere post actionem agentis, sed phibentur diu permanere a contrario principio, quod est in materia. Quaedam uero producuntur in materia, & secundum imperfectam speciem, & secundum imperfectum esse, sicut lumen in aere a corpore lucido. Non enim lumen est in aere, sicut quaedam forma naturalis perfecta, prout est in corpore lucido: sed magis per modum intentionis. Unde sicut similitudo hominis, non manet in speculo nisi quandiu est oppositum homini, ita nec lumen in aere, nisi apud praesentiam corporis lucidi, huiusmodi enim intentiones dependent a formis naturalibus corporum per se, & non solum per accidens, & ideo esse eorum non manet cessante actione agentium. Huiusmodi ergo propter imperfectionem sui esse, dicuntur esse in fieri: sed creaturae perfectae non dicuntur esse in fieri propter sui imperfectionem esse, quamuis actio Dei earum factoris indeficienter permaneat.

AD SEPTIMVM dicendum, quod actio corporalis agentis non se extendit ultra motum, & ideo est instrumentum primi agentis in educatione formarum de potentia in actum, quae est per motum, non autem in conseruatione earum, nisi quatenus ex aliquo motu dispositiones in materia retinentur, quibus materia sit propria formae. Sic enim per motum corporum coelestium inferiora conseruantur in esse.

AD OCTAVVM dicendum, quod creatura deficeret diuina actione cessante non propter contrarium, quod sit in materia, quia ipsum est cum materia cessaret: sed propter hoc, quod creatura est ex nihilo, non propter hoc quod nihilum aliquid ageret ad corruptionem, sed non ageret ad conseruationem.

AD NONVM dicendum, quod ipse dator formarum si ponatur aliquid aliud praeter Deum, secundum sententiam Auic. oportet quod & ipsum deficeret cessante actione Dei, quae est sua causa.

AD DECIMVM dicendum, quod etiam praedicta actione cessante, forma deficeret, unde non posset esse essendi principium.

AD XI. Dicendum, quod materia dicitur ingenua, quia non procedit in esse per generationem, ex hoc tamen non remouetur, quoniam a Deo sit, cum omne imperfectum oporteat a perfecto originem trahere.

AD XII. dicendum, quod non oportet inter opera Dei, uno contradictorio oppositorum inuento aliud inueniri, sic enim esset inter ea aliquid increatum, cum sit ibi aliquid creatum, quauis hoc uerum sit de alijs oppositis. Ea uero de quibus est obiectio, sunt contradictorie opposita, unde ratio non sequitur.

AD XIII. Dicendum, quod licet quaelibet res naturaliter appetat sui conseruationem, non tamen quod a se conseruetur, sed a sua causa.

AD XIV. Dicendum, quod uniuersitas creaturarum non est optima simpliciter, sed in genere creatorum, unde nihil prohibet ea aliquid melius esse.

AD

Quest. 1. ar. 3. q. 8.

ib. q. 22. ar. 3. q. med.

ib. q. 22. ar. 3. q. 21.

Loco citato in arg.

AD XV. Dicendum, q̄ inter bona quorū con-
gregatione status beatitudinis perficitur, principū
est confectio ad suam causam: cum ipsa Dei frui-
tio sit creatura rationalis beatitudo.

D. 278. AD XVI. Dicendum, q̄ tendere in nihilum d
non est proprie motus naturā qui semper est in
bonum: sed est ipsius defectus. vnderatio falsum
supponebat.

AD XVII. Dicendum, q̄ illius impressio-
nis violentā agens violentum est causa secundum fieri
& non simpliciter secundum esse, vt ex dictis pa-
tet. vnde cessante actione agētis, potest ad tempus
remanere: sed non diu pp eius imperfectionem.

AD XVIII. Dicendum, q̄ sicut forma nō po-
test esse principium essendi, nisi aliquo priori prin-
cipio presupposito: ita nec operandi, cum Deus in
qualibet re operetur (vt in alia questione ostēsum
est) nec etiam cognoscendi, cum omnis cognitio
a lumine increato deriuetur.

Ex solu. ad
6. Argum.
q̄ 3. arg. 6.

ARTICVLVS II.

*Vtrum Deus possit alicui creaturæ communicare, quod per
se in esse conseruetur absque Deo.*

SECUNDO quæritur, vtrum Deus possit alicui
creaturæ communicare, q̄ per se in esse cōserue-
tur absque Deo. Et videtur q̄ sic. Creare enim est
maius quā per se in esse conseruari: sed creare po-
tuit creaturæ communicari, vt magister dicit in 5.
dist. 4. senten. ergo & per se in esse conseruari.

¶ 2 Præ. Plus est in potestate rerum & Dei, q̄ in po-
testate intellectus nostri: sed intellectus noster pōt
intelligere creaturā absq; Deo. ergo multo fortius
Deus pōt creaturæ dare, vt per se cōseruetur in esse.

¶ 3 Præ. Aliqua creatura est ad imaginē Dei, vt pa-
ter Genesis primo: sed s̄m Hilarium, imago est rei
ad rem coequandā indiffereta & unita similitudo,
& sic imago adæquare potest id cuius est imago.
Cum ergo Deus nullo exteriori conseruante indi-
geat, videtur q̄ hoc potuit creaturæ cōmunicare.

¶ 4 Præ. Quāto agens est perfectius, tantō pōt per-
fectiorē effectum producere: sed agentia naturalia
pōt effectus facere qui conseruent in esse sine agen-
tibus. ergo multo fortius Deus potest hoc facere.

Sed contra, Deus non potest aliquid facere,
in diminutionem sue autoritatis: hoc autē suo do-
minio præiudicaret, si aliquid absque ipsius cōser-
uatione posset esse. ergo Deus hoc facere nō pōt.

RESPON. Dicendum, q̄ ad omnipotētiā Dei
non pertinet, q̄ possit facere duo cōtradictoria ef-
se simul. In hoc autem q̄ dicitur q̄ Deus faciat ali-
quid: quod eius conseruatione non indigeat, con-
tradictio implicatur. Iam n. ostēsum est, quod om-
nis effectus a sua causa dependet: s̄m quod est eius
causa. In hoc ergo quod d̄ quod Dei conserua-
tione nō indigeat, ponitur nō esse creatum a Deo:
in hoc quod dicitur, quod Deus faciat ipsum, po-
nitur esse creatum. Sicut ergo cōtradictionem im-
plicaret, Deum facere aliquid quod non esset crea-
tum ab eo: ita si quis diceret Deum facere aliquid,
quod eius cōseruatione non indigeret. vnde vtrū-
que pari ratione Deus non potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ cum creare sit
aliquid causare: non indigere autē alterius cōserua-
tione, non sit nisi eius quod causam nō habet, ma-
nifestum est q̄ maius est non indigere conseruari
ab alio quā creare: sicut maius est, causam nō ha-
bere q̄ causam esse: licet & hoc non sit vsquequaq;
verū, q̄ creare creaturæ sit communicabile, s̄m q̄

D. 410.

est actus primi agentis, ut in alia q̄one dictum est.
AD SECUNDM dicendum, quod quamuis intel-
lectus possit intelligere creaturam, non intelligen-
do Deum, non tamen potest intelligere creaturā
non conseruari in esse a Deo, hoc enim implicat
contradictionem, sicut & creaturam non esse crea-
tam a Deo, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, q̄ æqualitas nō est de
rōe imaginis absolute, sed p̄fectā, qualis Dei im-
ago non est creatura, sed filius, vñ rō non lequitur.

AD QUARTVM dicendum, quod responso pa-
tet per ea quæ dicta sunt in precedenti.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus possit creaturam in nihilum redigere.

TERTIO quæritur vtrum Deus possit crea-
turam in nihilum redigere. Et videtur quod
non. Dicit enim Aug. in lib. 83. quæstionum
quod Deus non est causa tendendi in nō esse, hoc
autem esset si creaturam annihilaret. ergo Deus
non potest creaturam in nihilum redigere.

¶ 2 Præ. creaturæ corruptibiles, quæ inter cetera
sunt debilioris esse, nō desinunt esse, nisi per actio-
nem alicuius causæ agentis, sicut ignis corrupti-
tur aliquo contrario agente in ipsum. multo mi-
nus igitur alia creaturæ possunt desinere, nisi per
aliquam actionem. Si ergo Deus aliquam creatu-
ram annihilaret, hoc non fieret, nisi per aliquam
actionem. Per actionem autem hoc fieri est impos-
sibile. Nam omnis actio sicut est ab ente actu, ita
in ens actu terminatur, cum oporteat factum esse
simile facienti. Actio autem qua aliquid ens actū
constituitur, non omnino in nihilum redigit: er-
go Deus non potest aliquid annihilare.

¶ 3 Præ. Omne quod est per accidens, reducit
ad id quod est per se: sed a nulla causa agere est de-
fectus & corruptio nisi per accidens, nisi per
operetur nisi intendens ad bonum, ut Dionysius
cit. 4. cap. de diu. nom. Vnde & ignis corruptus
aquam, non intendit priuationem formæ aquæ:
sed formam propriam in materiam introducere
ergo non potest ab aliquo agente causari aliquid
defectus, quin simul aliqua perfectio cōstituat,
ubi autē aliqua perfectio constituitur ibi nō est an-
nihilatio. ergo Deus nō pōt aliquid annihilare.

¶ 4 Præ. Nihil agit nisi propter finem. Finis enim
est quod mouet efficientem. Finis autem diuine
actionis est eius bonitas. Quod quidem esse potest
in rerum productione, per quam res similitudo
diuina bonitatis consequuntur, non autem in an-
nihilatione, per quam annihilatū omnino a Deo
similitudine recederet. ergo Deus non potest ali-
quid annihilare.

¶ 5 Præ. Manente causa, necesse est permanere
causatum. Si enim non est necesse, possibile est
causatum esse & non esse, postea causa, & sic indige-
bitur alio, quo causatum ad esse determinetur, & in
causa sufficiens non erit ad esse causari: sed Deus
est sufficiens cā rerum. ergo Deo manente necesse
est res in esse manere: sed Deus non potest facere
quin ipse in esse maneat. ergo nō potest creaturam
reducere in non esse. Sed dicebatur q̄ Deus non
erit causa in actu, cum creaturæ erunt annihilatæ.

¶ 6 Sed contra. Diuina actio est eius esse, unita
& Aug. vult quod in quantum Deus est, nos simi-
sum autē esse nunq̄ ei aduenit. ergo nunq̄ deus
esse in sua actione. Et ita semper erit causa in actu.

¶ 7 Præ. Deus non potest facere contra commu-
nes animi conceptiones, sicut quod totum nō sit
maius sua parte, cōmunis autem animi cōceptio
est.

¶ 8 Præ. Manente causa, necesse est permanere
causatum. Si enim non est necesse, possibile est
causatum esse & non esse, postea causa, & sic indige-
bitur alio, quo causatum ad esse determinetur, & in
causa sufficiens non erit ad esse causari: sed Deus
est sufficiens cā rerum. ergo Deo manente necesse
est res in esse manere: sed Deus non potest facere
quin ipse in esse maneat. ergo nō potest creaturam
reducere in non esse. Sed dicebatur q̄ Deus non
erit causa in actu, cum creaturæ erunt annihilatæ.

¶ 9 Sed contra. Diuina actio est eius esse, unita
& Aug. vult quod in quantum Deus est, nos simi-
sum autē esse nunq̄ ei aduenit. ergo nunq̄ deus
esse in sua actione. Et ita semper erit causa in actu.

¶ 10 Præ. Deus non potest facere contra commu-
nes animi conceptiones, sicut quod totum nō sit
maius sua parte, cōmunis autem animi cōceptio
est.